

HUGONIS GROTTI
DE JURE
BELLI AC PACIS
LIBRI TRES.

In quibus Jus Naturæ & Gentium, item
Juris Publici præcipua explicantur.

Cum ANNOTATIS Authoris, ejusdemque
Disserttatione de MARI LIBERO;

Ac Libello singulari
De AQUITATE, INDULGENTIA, & FACILITATE:
Nec non

JOANN. FRID. GRONOVII V. C. NOTIS
in totum opus de Jure Belli ac Pacis.

Ex altera recensione

JOANNIS BARBEYRACII,

J.C. & Publici Privatique Juris Antecessoris Groningani:

Cum Notulis ejusdem nunc auctioribus, plurimumque locorum, ex Aucto-
ribus quibusvis laudatorum, adcuratori indicatione.

TOMUS SECUNDUS.



Cum Privilgio S. Reg. Maj. Polon. & Eleff. Saxon.

AMSTELÆDAMI.
Sumptibus GASPARIS FRITSCH
ciclo 1744.



HUGONIS GROTTI
DE JURE BELLI AC PACIS
LIBER SECUNDUS,

CAPUT XIX.

De jure sepulturae.

- | | |
|--|--|
| I. Ex eodem jure gentium nasci
jus humandi mortuorum. | IV. An & insigniter facinorosiss? |
| II. Unde ortum? | V. An & his, qui se interfecerint? |
| III. Debetis & hostibus. | VI. Quae alia ex jure gentium
debeatur. |

L. 1. **E**X jure gentium, (aa) quod ex voluntate ortum habet, debetur & corporum mortuorum sepultura. Dion & Chrysostomus inter mores, sive i^on, que *μία ιγγειφορία*, id est, *scriptio iuri*, opponit, post legatorum jura commemorat *μνήμη των νεκρών θυμάτων*, non prohibere quominus sepeliantur ^{76. Pag.} mortui. Et Seneca pater inter jura non scripta, sed omnibus ^{Libro 1.} scriptis certiora ponit: humum porrigitur cadaveri. Naturæ id ^{2. Mag.} appellant Hebrei Philo ac Josephus; & φέρεται Ἰησοῦς. ^{3. Jud.} Iudorus & Pelusiota: ut solere sub naturæ nomine comprehendi mores communes naturali rationi consentaneos alibi diximus. ^{4. Lib.} Apud Elianum est: & τὸ φέρεται τὸ κομὴ ἀνθρώπου τὸ μητέρα ζῶντος. ^{IV. Cap. 6.} Hudson. τὸ κομὴ τούτου εἰνι μορθων κομὴ ipsa imperat communis maternitatis. ^{5. 3. Ed.} Idem alibi: / τὸ κομὴ τούτου πάντας αὐτόν vocat γῆν μητέρας. edit. ταφλα, terram ac sepulturam hominibus cunctis communis & ex aquo delita. ^{6. Epist.} Leges hominum, οἴηται βραχίονα dixit Euripides ^{7. Lib. XII.} ^{c. 64.} ^{8. Sup-} ^{f. lib.}

G R O T T I .

a *L*ege hominum] *Φύσις* Sequitur, naturæ leges. En*. hist.* VIII, 39. (*De Martyrib. Palæstin.* Cap. 9. pag. 425. Edit. *Canisabrig.* Val. 1740.)

G R O N O V I T .

b *Humum porrigitur*] Erat hæc su-

perstitio veterum, non praetire cadaver in via flatum, nisi gleba terra injecta vel lapide. *Florat.* t. Od. 22. *Petrenius* cap. 74. *tristitia humanitate lapidare.*

(aa) *Jus illud Sepulcralis à Lega Naturali quoque ostendit. Vide quicquid diximus ad *FUENDO A. B. De Jure Nat. Sy. Gen.* Lib. II. Cap. 3. 6. 23. Not. 9. ultima Editionis. J. B. Min. 2.*

C 8 o-

MARIBORI LIBRARI

HUGONIS GROTHI MARE LIBERUM,

five

De jure, quod Batavis competit ad Indicana Commercia;
DISSERTATIO.

*Ad PRINCIPES POPULOSQUE liberos Orbis
Christiani.*



Rror est non minus vetus quam pestilens, quo mortales, si autem maxime qui plurimum vi atque opibus valent, persuadent sibi, aut, quod verius puto, persuadere conantur, iustum atque iustum non suapte natura, sed hominum inani quadam opinione atque consuetudine distingui. Itaque illi & leges & aquitatis speciem in hoc inventa extollunt, ut eorum qui in parenti conditione nati sunt dissensiones atque tumultus cohercentur: ipsis vero qui in summa fortuna sunt collocati, jus omne ajunt ex voluntate, voluntatem ex utilitate metiendam. Hanc autem sententiam absurdam plane atque naturae contrariam auctoritatis sibi nonnihil conciliasse haud adeo mirum est, cum ad morbum communem humani generis, quo sicut vitia, ita vitorum patrocinia sectamur, accesserint adulantium artes, quibus omnis potestas obnoxia est. Sed contra extiterunt nullo non seculo viri liberi, sapientes, religiosi, qui falsam hanc persuasionem animis simplicium evellerent, ceteros autem eius defensores impudentiae convincerent. Deum quippe monstrabant conditorem rectoremque universi, imprimis autem humanae naturae parentem, quam ideo, non uti cetera animalia, in species diversas variaque discriminis segregasset, sed unius esse generis, una etiam appellatione voluisse continent, dedisset insuper originem eandem, similem membrorum compaginem, vultus inter se obversos, sermonem quoque & alia communicandi instrumenta, ut intelligerent omnes naturalem inter se societatem esse atque cognationem. Huic autem a se fundatae aut domui, aut civitati, summum illam principem patremque familias suas quasdam scripsisse leges, non in aere aut tabulis, sed in sensibus animisque singulorum, ubi invitis etiam & avertantibus legendae occurrerent. his legibus summos pariter atque infimos teneri. in has non plus regibus

X x x

HUGONIS GROTI
DE
ÆQUITATE, INDULGENTIA ET
FACILITATE

Liber singularis.

C A P U T I.

De Æquitate.



UM Justitia (universalis dicta) in legum observatio- 1.
ne consistat, cum qua æquitas maxime pugnare vi-
detur, ut & indulgentia atque facilitas: hæc quo-
modo inter se convenienter & distinguantur, viro
bono & in primis jurisconsulto intelligere necessa-
rium est.

Ex ut de æquitate primum loquamur, ejusque ~~inclusione~~ evi- 2.
temus, scire oportet, æquitatem aut æquum de omni interdum
jure dici, ut cum jurisprudentia ars boni & æqui dicitur: inter-
dum de jure naturali absolute, ut cum Cicero ait, jus legibus,
moribus & æquitate constare; alias vero de hisce rebus, quas
lex non exacte definit, sed arbitrio viri boni permittit: sœpe etiam
de jure aliquo civili proplus ad jus naturale accedente, idque
respectu alterius juris, quod paulo longius recedere videtur, ut
jus Prætorium, & quedam jurisprudentiae interpretationes.

Proprie vero & singulariter æquitas est virtus voluntatis, cor- 3.
restrix ejus in quo lex propter universalitatem deficit.

Æquum autem est id ipsum, quo lex corrigitur. Nominis
sui originem a Græcis traxit, qui ~~in~~ dicitur. Dorice vero ~~in~~ dixe-
re, id est, quod alicui congruit, ac respondet. Cum enim in-
equalibus idem non possit esse æquale, res autem sœpe sunt
inæquales, lex vero una semper atque eadem; necessario con-
sequitur, alia virtute opus esse, quæ inæqualibus rebus suam
cuique æqualitatem præstet, unde hæc virtus *æquitas* Latinis,
Græcis vero ~~in~~ dicitur.

Est porro voluntatis habitus, non intellectus: Græcis enim 4.
intelligendi virtus, id quod æquum est, ~~inclusione~~ dicitur,
Latinis autem æqui prudentia vertitur, quæ sese ita ad æquita-
tem habet, ut jurisprudentia ad justitiam.

Esse autem hanc virtutem necessariam, ita colligitur: quo- 5.
nam usq[ue] & lubrica hominum ingenia ad eum fieri, quo vera
natura